



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 43. Lutheri Tractatus de Fisco communi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

diffitum accessit, atque ex eo novem fa-  
 cras Virgines, haud multum oblu-  
 cantes, clam abduxit. Hæ abjecto quan-  
 tocius velo Wittembergam convolabant,  
 ubi Saxonici Electoris sumptibus ale-  
 bantur. Præcipua has inter erat no-  
 minata illa Catharina de Bore, cujus-  
 dam Nobilis nulla dignitate clari filia,  
 quam Lutherus biennio post in uxorem  
 sibi selegit, ad tantam delapsus temeri-  
 tatem, ut etiam harum Virginum rap-  
 torem Coppem defendere, ac sacrile-  
 gum ejus facinus edita apologia tueri  
 non erubuerit. In hac per enormem  
 prorsus impudentiam harum a fide Chri-  
 sti transfugarum raptum comparavit  
 cum liberatione animarum, quas Chri-  
 stus Dominus passionis suæ meritis re-  
 demit.

Sæcul. XVI.

A.C. 1523.

Seckendorff.  
hist. du Lu-  
theran.

Cochl. in act.

Et script.

Luth anno

1523 p. 78.

Et 79.

## §. XLIII.

*Lutheri tractatus de Fisco com-  
muni.*

Denique Lutherus, ut instituto Mona-  
 stico extremam inferret cladem, ac  
 populum in Monachos concitaret, tra-  
 ctatum edicto haud absimilem Theuto-  
 nice divulgavit, eidemque titulum in-  
 scripsit: *De Fisco communi*. In eo cun-  
 cta Religiosorum Monasteria aboleri, &  
 Clericorum bona auferri præcepit, ut

Spond. ann.

1523. n. II.

Cochl. l. c. p. 89

**Sæcul XVI**  
**A.C. 15-3**

in quosdam a se assignatos usus impenduntur: Modus autem, & ordo ab eo præscriptus, quo ejusmodi bona distribuantur, erat sequens. Præprimis ex omnibus redditibus Monasteriorum, quæ bona ac prædia possident, nec non ex Episcopatum, Abbatiarum, verbo, ex omnium Ecclesiasticorum bonorum proventus ærarium publicum erigi constituit, cunctaque hæc bona in octo partes seu portiones hac ratione distribui voluit, ut una cederet Pastoribus, Verbi Ministris, iisque, qui fisco præessent. Altera utriusque sexus Magistris impendatur, qui filios filiasque literis imbuerent, ac Mendicantium monasteria occuparent. Tertia detur decrepitis, atque infirmis, ad labores ineptis, & ob adversam valetudinem ope indigis. Quartam obtineant Orphani, qui utroque parente orbi, auxiliis inopes sunt. Quinta in pauperes, atque ære alieno gravatos, & solvendi impares distribuantur. Sexta, alienigenis, qui, unde vivant, non habent, obveniat. Septima pro fabrica destinatur, Octava denique, ad horrea ubique erigenda reservetur.

§. XLIV.